et Manasses, sicut Rubin &
Symeon reputabuntur mihi. Re-
liquos autem quos genueris post eos,
tui erunt: et nomine fratrum suorum
nuncupabuntur in possessionibus suis.
Mihi enim quando veniebam de Me-
sopotamia: mortua est Rachell
in terra Chanaan in ipso itinere.
Eratque vernum tempus. Et ingredie-
bar Effratam: et sepelivi eam
iuxta viam effrate: quae alio no-
mine appellatur Bethlehem. Vi-
dens autem filios eius dixit ad eum.
Qui sunt isti? Respondit. Filij mei
sunt quos donavit mihi Dominus in
hoc loco. Adduc inquit eos ad me, ut
benedicam illis. Oculi enim Israel
caligaverant prae nimia senectute
et clare videre non poterat. Applici-
tosque ad se deosculatus et circumplexus
eos: dixit ad filium suum. Non